



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 15. Mauritii irruptio in Saxoniam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæcul. XVI., spectat, idque nec ignorare nec dissimilari. A.C. 1546. „ mulare vales; omnibus enim perspectum est, quod Cæsar in hoc bello eo unice intentus sit, ut Germaniam ipsius etiam Imperii viribus subigat, ha- rumque dissensionum ope illam Pontificis jugo, quod tam generose excusfit, iterum subjicere molliatur. Hinc floc- ci pendeas Cæfaris declarationem, & Pontificis anathemata; hæc enim sunt fulmina in ipsam Religionem, quam nos Protestantes tuemur, directe vibrata. „

## §. XV.

*Mauritii irruptio in Saxoniam.*

*Thou l. 2.  
Belc. comm.  
l. 24. n. 29.  
Steid. l. 18.  
p. 637.*

Verum hisce Landgravii literis Mauritius adeo non ab arrepto proposito avertebatur, ut etiam Cæfarei diplomatis auctoritate suffultus totam Saxoniam armis sat prosperis emetiretur: insuper præter copias in suis ac Augusti Ducis fratris sui ditionibus conductas, Ferdinandus quoque Romanorum Rex urgente Carolo Cæsare eidem mille quingentos pedites ductore Aliprando Madrutto Cardinalis Tridentini fratre submisit, moxque Georgius Rensburgius Bellidux longa belli experientia clarissimus totidem pedites adduxit, unde hæ copiæ ceteris Mauritii agminibus junctæ septem

septem aut fere octo millium exercitum Sæcul. XVI.  
conficiebant, sat validum ad invaden- A.C 1546  
dam ditionem, in qua nullus ferme diu  
resistendo par erat, præcipue cum hu-  
jus exercitus numerus brevi quadam  
augeretur cohorte Hungarorum, qui  
prius sub Sebastiano Vertmulcho levis  
armaturæ equitum, quos Hussaros vo-  
cant, Belliduce stipendia merebantur.  
Hi Væslandiam cædibus ac rapinis de-  
vastantes, tandem a potissima parte Bo-  
hemorum, qui cum illis dimicabant,  
derelicti sese Mauritii copiis junxerunt,  
ut scelerum suorum impunitatem confe-  
querentur. Mauritius itaque his suppe-  
tiis fretus armorum suorum terrorem  
per totam Provinciam longe lateque ef-  
fundebat, ac nequidem evolutis quin-  
decim diebus Zwiccam, Scheneber-  
gum, Aldeburgum, & pleraque omnia  
Electoris oppida deditioce cepit, exce-  
ptis Wittembergensi, Isenacensi, ac  
Gothana urbibus utpote munitioribus.  
Insuper tria peditum millia, ac trecentos  
equites trucidavit. Hujus victoriæ nunti-  
us per Sybillam ejus conjugem ac Clivi-  
ensis Ducis filiam ad Electorem necnon ad  
Cæsarem delatus, hunc ingenti lætitia,  
illum vero extremo mærore affecit,  
Mauritius tamen hac ipsa expeditione,  
tam grave plurium odium in se conci-  
tavit, ut in illius invidiam famosi spar-  
geren-

Sæcul. XVI. gerentur libelli, quos ipse quidem re-  
A.C. 1546. fellere nitebatur, irrito tamen molimi-  
 ne, eoquod hoc bello nullam Religio-  
 nem peti constanter affereret, cum ta-  
 men Cæsarem longe alio ductum fuisse  
 consilio, eventus doceret.

## §. XVI.

*Protestantium consilia de pace cum  
Cæsare ineunda.*

*Thou hist. l. 2. Belcar. l. 6.* **H**ujus Principis caussa, quæ hucus-  
 que parum fuit promota, hac ex-  
 peditione tantopere ergebatur, ut uni-  
 versam Germaniam subjugandi spem  
 conciperet, suosque inimicos insequen-  
 di proposito firmius insisteret: Fœdera-  
 ti vero cum Saxoniam fœde vastatam esse  
 eis nuntiaretur, ingenti terrore per-  
 cellebantur, eo potissimum nomine,  
 quod Electorem ad suam patriam mox  
 reversurum intelligerent, quamvis Land-  
 gravius eidem suaderet, ne exercitus  
 vires disjungeret: hanc ob rem die vi-  
 gesima septima Octobris Fœderati Ulmæ  
 unacum urbium Deputatis illuc adven-  
 tantibus conventum habuerunt, in quo  
 sancitum, nullatenus expedire, ut Elec-  
 tor a suo exercitu discederet. Verum  
 mutata fuit brevi hæc sententia, ac-  
 cepto fatali nuntio, quo tota Saxonia adde-  
 plorandum statum redacta & a Mauricio  
 cædi-